

# Allgemeine medizinische Annalen

des Jahres 1827.

Sechstes Heft. Junius.

## Originalaufsatz.

Beifügung zu den Bemerkungen und Versuchen über das Gift der Buchnüsse von Hrn. Dr. C. G. Hesse in dem Octoberhefte der vorjährl. A. M. A. S. 1297, nach Mittheilungen von Hrn. Dr. J. Finsler in Zürich, mitgetheilt durch die Redaction.

Wir freuen uns, durch die Güte eines unserer Herren Mitarbeiter in den Stand gesetzt zu seyn, zu der im Octoberhefte des vorigen Jahrgangs unserer Zeitschrift, S. 1207, enthaltenen Abhandlung von Hrn. Dr. Hesse: „Bemerkungen und Versuche über das Gift der Buchnüsse“ folgende schätzbare Ergänzungen hinzufügen zu können. Hr. Dr. Finsler hat uns aus der in der genannten Abhandlung angeführten Dissertation von C. F. Selig aus Eibenstock in Sachsen: *De hydrophobia ex esu fructuum fagi, praes. D. C. C. Schmiedel etc. Erlang. 1762. 59 S. 4.*, welche sich in der Dissertationen-Sammlung der medizinisch-chirurgischen Bibliothek zu Zürich befindet, die wichtigsten Abschnitte wörtlich mitgetheilt. Wir lassen hier das Wesentlichste des Inhalts folgen.

Die Redaction.

Der Vf. ward durch folgende Beobachtung aus der Praxis seines Vaters auf sein Thema geleitet, welches wir wörtlich vorlegen: *Historia hydrophobiae d. XX. October 1727 in puero XIII annorum ex largiori fructuum fagi subnatae. Hac die, cum Auroram, quod nomen est officinae ferrariae in montibus Sudeticis, aegrotantem ibidem Sigelium, officii-*  
Allg. Med. Ann. 1827. 6. Heft.

*nae dominum, visendi causa venissem, ab ancilla, eadem in domo serviente, refertur, filium puerum XIII annorum ab aliquot diebus aegrotare. Rogitanti ut ipsum inviserem, obsecundavi, et eo me contuli, ubi aeger decumbebat. Vix ingressus, aegrum valde anxium, imbecillum, de morte instante multaque absurde loquentem inveni. Pulsus erat quam maxime inaequalis, modo velocissimus, modo debilis et intermittens. Cutis calore aestuabat, atque os sputo frequentissimo affluebat. Siti vexatus intolerabili, potum anxie petebat. Sed vix conspecto quovis liquido, horrore corpus convelli videbatur, quem ipsae uvae virides incutiebant. Quaerenti utrum pari modo a cibus abhorreret? respondebatur, hac ipsa die glebam ex farina cocctam sine difficultate ipsum devorasse. Inquirenti porro, an ab animali rabido unquam fuerit commorsus, nihil se horum meminisse, ipsemet aeger et adstantes respondebant, causam hujus morbi non aliam accusantes, quam largiorem ante hos quatuor dies fructuum fagi super clibano, in quo stannum laminis ferreis inducendum liquatur, parumper tostorum usum, quem insequenti statim die torpor, tristitia timorque liquidorum exceperint. Dubius igitur animo, medicinarumque in hoc loco sylvatico copia destitutus, aegrum invitatus fato suo relinquere cogebar. Altero die mane eundem eodem in statu inveni, nisi quod in perturbatarum cogitationum serie loquacior videretur, sputoque spumoso os magis diffunderet. Urina, quam elapsa nocte emiserat, rubicunda ac flammaea sedimentum habebat crassum, album, copiosum, emulsis fagi fructibus simile, ad digiti transversae altitudinem, vitri fundum petens. Paucis ante*